



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

76. De Presbyteris qui longè positi sunt ut de octo vel decem unus  
veniat in cœna Domini, qui aliis chrisma deferat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Consentiantur in hoc loco editio Helmstediensis & codex MS. Parisiensis quo nos usi sumus. Variant autem libri Capitularium. In editis sanè , tum apud Burchardum , & in veteri codice M S. Bibliotheca Colbertina , tum etiam in nostro , præcipitur ut Presbyter tres ampullas secum deferat Sed in veteri codice M S. ex quo prima Parisiensis editio prodiit , tum etiam in antiquissimo libro monasterij Rivipullensis , ita omnino legitur: Ut Presbyter in cœna Domini duas ampullas secum deferat , unam ad chrisma , alteram ad oleum ad catechumenos inungendum vel infirmos juxta sententiam &c. Hanc ultimam lectionem secutus est Regino. Contrà in veteri codice pontificali Ecclesie Rotomagensis apud Hugonem Menardum in Notis ad librum Sacramentorum pag 80. Mane primo Mansionarij ordinent omnia quæ sunt necessaria ad consecrationem chrismatis , ampullas tres de oleo mundissimo plenas ponentes in sacrario , unam ad oleum pro infirmis , alteram ad chrisma , tertiam verò ad oleum ad catechumenos ungendum.

De Presbyteris qui longè positi sunt. Item  
unde supra capite xciiii.

Lib. i. Capi-  
tular. c. 99.  
Burchard. lib.  
4. c. 79.

LXXXVI. De Presbyteris qui accipiendis gratia chrismatis ad civitates in cœna Domini venire soliti erant , sancitum est ut de his qui longè positi sunt , de octo vel decem unus ab Episcopo eligatur , qui acceptum

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 61  
chrisma sibi & sociis diligenter perferat.. Hi  
verò qui non longius à civitate quam quatuor  
aut quinque millibus habitant , more solito ad  
accipendum chrisma per se veniant ; descendit  
vero gratia alio non quadragesimali tempore  
ad civitatem convocentur , propter plebes si-  
bi commissas.

Ut alterius Episcopi chrisma nullus Presby-  
ter accipiat. Ex Concilio Vasingi,  
cap. III.

LXXXVII. Per singula territoria Presby-  
teri vel ministri ab Episcopis non prout libi-  
tum fuerit , à vicinioribus , sed à suis propriis  
per annos singulos petant chrisma , appropin-  
quante sollemnitate paschali , nec per quem-  
cunque ecclesiasticum , sed si qua necessitas  
aut ministrorum occupatio est , per Subdia-  
conum , quia inhonorum est inferioribus  
summa committi. Optimum autem est ut ipse  
suscipiat qui in tradendo usurus est. Si quid  
autem obstat , saltem is cuius officij est sacra-  
rium disponere & sacramenta suscipere.  
[Vide Concilium Carthaginense 4. cap. 36.]

Ut nullus minister sine chrismate profici-  
catur.

LXXVIII. Nullum ministrorum , qui bap-  
tizandi recepit officium , sine chrismate un-  
quam debere progredi , quia inter nos placuit  
semel in baptisme chrismari. De eo autem  
qui in baptisme quacunque necessitate fa-  
ciente non chrismatus fuerit , in confirmatione  
sacerdos commonebitur.

Lib. 7. Capi-  
tular. c. 310.  
Burchard. lib.  
4. c. 78.